Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

siens hanc mundi uallem regium incedis callem campiductor nobilis. Quem nec mu-
di dextra mollit nec sinistra robur tollit muri tam inmobilis. Ergo nos currentes
post te prece trahens fac a poste ne pellamur domini. Floriane flos qui flores inter
ueros eden flores correspondens nomini. Cause nostre te patronum delegamus
ante thronum diuine clementie. Iram placa quam meremur sta pro nobis ut letem
reformari gracie. Carnem nostram reflore fac et ultra non marcere in eius urenti-
bus. In splendoribus sanctorum ut fruamur angelorum celicis concentibus. De s.
Verbum dei deo natum qd' nec factum nec creatum Iohanne.
uenit de celestibus. Hoc uidit hoc attrectauit hoc de celo re-
serauit iohannes hominibus. Inter illos primitiuos ueros
ueri fontis riuos iohannes exilit. Toti mundo propinare nec-
tar illud salutare qd' de throno prodit. Celum transit ueri rotam solis uidit ibi
totam mentis figens aciem. Audit in gyro sedis quid psallant cum cytharedis
quater seni proceres. De sigillo trinitatis nostre nummo ciuitatis impressit carac-
teres. Iste custos uirginis archanum originis diuine misterium scribens ewange-
lium mundo demonstrauit. Celicum sacrarium xps suum lylium filio tonitrui sub
amoris mutui zelo commendauit. Hausit uirus hic letale ubi corpus uirginale
uirtus seruat fidei. Pena stupet qd' in pena sit iohannes sine pena bullientis olei.
Hic naturis imperat ut et saxa transferat in decus gemmarum. Quo iubente
riguit aurum fuluum induit uirgula siluarum. Hic infernum reserat morti iu-
bet referat quos uenenum strauit. Obstruxit qd' hebeon cherintus et martyon
perfide latrauit. Volat auis sine meta quo nec uates nec propheta euolauit
alcius. Tam implenda quam impleta numquam uidit tot secreta purius ho-
mo purius. Sponsus rubra ueste tectus uisus sz non intellectus redit ad pala-
cium. Aquilam ezechielis sponse misitque de celis referre misterium. Dic dilecte
peculator ueritatis quasi seraphin sub alis dei uidit faciem.